

Confirm.  
acquisitæ,

§.3. Nos utramque notitiam naturalem afferentes, aequi-  
sitam dari probamus ex operibus mundi; totus mundus enim  
testatur DEUM, creaturæ suum Creatorem, opificium, cœ-  
lum, sol, luna, astra eorumque motus, sapientissimum & po-  
tentissimum opificem; Spiritus creatus, sive anima nostra, sive  
angelus, qui non est ex materia, ab aliquo factore est, sed non  
nisi omnipotente, qui DEUS est. Eò nos remittit Paulus,  
*Rom. I. 19. τὸ γνῶσθαι τὸ Θεόν. Act. 14. 15. 17.* non reliq. ἀμαρτ. conf.  
*Act. 17. 22. 24. Psalm. 19. 2. Job. 12. 7.* interroga autē jumenta & dicent  
tibi, volatilia cœli & indicabunt tibi, quodque docet communis,  
omnium populorum moratiorū consensus, vid. p. 2. Meth. nostr.  
*Cicero de Leg. c. 3. in hominibus nulla gens est neq; tam immansueta no-*  
*que tam fera, que non, etiam si ignoret, qualem habere DEUM de-*  
*ceat, tamen habendum.* Et 2. de Leg. c. 3. *A Diis immortalibus*  
*sunt nobis agendi capienda primordia, scitè Zeleucus Legislator*  
*Lorensum, Dii colendi sunt & honorandi ut bonorum omnium,*  
*qua cum ratione fiunt, parentes & antores. Plinius Paneg. in Traj.*  
*ut rerum agendarum ita & dicendi initium capi volebat à pre-*  
*cationibus quod nihil ritè, nihil providenter homines sine*  
*Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur.*  
*Plaut. capt. Act. 3. sc. 2. v. 63. Est profecto DEUS, qui que nos geri-*  
*mus auditque videique.*

Confirm.  
insitæ,

§. 4. *Inscriptam vero probamus ex Rom. 2. 14. 15. ostendentes*  
*opus legis scriptum in cordibus suis. Qui autem ex natura*  
*opus legis habent scriptum in cordibus, etiam inscriptam*  
*simul habent notitiam legislatoris, quæ relata sunt. contra*  
 *eosd. & plur. alios etiam nostr. Philos. quosdam. vid. Magnif.*  
*Dn. D. Calov. Tom. 2. pag. 61. 73. Job. Ad. Osiandr. Tr. de Lam.*  
*nat. Musæus de in suff. not. nat. Schertz. Socin. 29. Kromaj. 113. 115.*  
*& seqq. quid autem illa in sita sit in mente nostra, habitus? fa-*  
*cultas? actus? vid. Phil. nostr. Theol. Exhib. IV. §. 37. Calov.*  
*Tom. 2. p. 78. 103. Osiandr. c.l.*

Opp. contra  
acquisit.

§.5. *Contra acquisitam Obj. Socin. 1. Notitiam DEI esse ex Fide*  
*Hebr. XI. 6. &c. salvificam & supernaturalem esse ex fide, natura-*  
*lem ex ratione. Obj. 2. Naturalia esse communia, sed notitiam*  
*DEI, sapientiam & pietatem esse dona DEI propria, exemplo*  
*Enochi, inde singulariter commendati. Resp. Alia Θεογνωσία est*  
*generalis, alia specialis. Facultatem investigandi & aliqualiter*  
*DEUM*